



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De suscipiendis episcopis qui persecutionem patiuntur. cxix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

tus, seculares mores ad sacerdotalem studeat conuertere dignitatem. Nam satis noxium atque perniciosum est, vt imitatione ipsius, qui ædificari si debuerat destruantur. In qua re non solum ille culpabilis, sed etiam qui non restiterit inuenitur. Nam consentire videtur erranti, qui corrigenda, vt refecari debeant, non concurrit. Quia verò quidam Theodorus episcopus de diocesi reuerendissimi fratris nostri Constantij Mediolanensis Ecclesie episcopi, disciplinã, vt dicitur, euitans, illuc venisse firmatur: hortamur vt & isto diligentius requisito, ad episcopum suum vestra fraternitas retrasmittat. Et quia, sicut legitur, qui abiicit disciplinam infelix est, nulla eum illic excusatione patiamini retinere, quatenus & hi, qui leuitatis eorum vitio possunt decipi, liberentur, & de ipsis habere mercedem, ne in hac stultitia pereant, valeatis.

*Quam diu episcopus in aliena ciuitate remoretur. Cap. CXVIII.*

*Ex cõcil.  
Sardinēsi  
cap. 14.*

**O**SIVS episcopus dixit: Et hoc quoque statuere debetis, vt ex aliqua ciuitate cum aduenerit ad aliam ciuitatem, & ambitioni magis quam deuotioni sermonem, voluerit in aliena ciuitate multo tempore residere: Fortè enim euenit episcopum loci non esse tam instructum, neque tam doctum: is verò qui aduenit incipiat contemnere eum, & frequenter facere sermonem, vt, dehonestet & infirmit illius personam, ita vt ex hac occasione non dubitet relinquere assignatam sibi Ecclesiam, & transeat ad alienam. Definite ergo tempora: quia & nõ recipi episcopum inhumanum est, & si diutius resideat, perniciosum est. Nemini autem superiori concilio fratres nostros constituisse, vt si quis laicus in ea, in qua commoratur, ciuitate, quatuor dominicos dies, id est, per tres septimanas non celebrasset conuentum, communionem priuaretur. Si hæc circa laicos constituta sunt, multo magis episcopum nec licet, nec decet, si nulla sit tam grauis necessitas quæ detineat, vt amplius à superscripto tempore absens sit ab Ecclesia sua. Vniuersi dixerunt placere sibi.

*De suscipiendis episcopis qui persecutionem patiuntur. Cap. CXIX.*

*Ex eodẽ  
cap. 22.*

**O**SIVS episcopus dixit: Suggestente fratre & coepiscopo nostro Olympio etiam hoc placuit, vt si ali-

quis vim perpeffus est, & iniquè expulfus, pro difciplina & catholica confefione, vel pro defenfione veritatis, effugiens pericula, innocens & deuotus ad aliam venerit ciuitatem, non prohibeatur immorari, quàm diu aut redire poffit, aut iniuria eius remedium acceperit: Quia durum eft eum qui perfecutionem patitur non recipi, etiam & larga beneuolentia & humanitas ei eft exhibenda. Omnis fynodus dixit: Vniuerfa quæ conftituta funt, catholica Ecclefia in vniuerfo orbe diffusa cuftodiet. Et fubfcripferunt qui conuenerant.

*De illis qui fe dicunt efle epifcopos.*

*Caput CXX.*

**S**VNT in quibusdam locis Scotti & alij erronei, qui fe *ex cõcil. Remenfi, cap. 43.* dicunt epifcopos efle, & multos negligentes abfque licentia dominorum fuorum fiue magiftrorum, presbyteros & Diaconos ordinant. Quorum ordinationem, quia plerunque in fymoniacam incidit hærefim, & multis erroribus fubiacet, modis omnibus irritam fieri debere, omnes vno confenfu decreuimus.

*Qualiter pepegrini epifcopi recipiantur.*

*Cap. CXXI.*

**I**ouinus excellentiffimus vir filius nofter per Illyricum *Ex regi. Gregorii pap. vniuerfis epifcopis per Illyricum, cap. 42.* fcriptis fuis nobis indicaffedignofcitur, ad fe facris apicibus deftinatis iuffum fuiiffe epifcopos quos è propriis locis hoftilitatis furor expulerat, ad eos epifcopos qui nũc quoque in locis propriis degunt, pro fuffetatione ac fipendiis præfentis vitæ efle iungendos. Et licet ad hoc fraternitatem veftream iuffio principalis admoneat, habemus tamen maius horum mandatum æterni principis, quo ad hæc terribilius peragenda compellimur, vt non dico fratres & coepifcopos noftros, fed ipfos etiam quos nobis contrarios patimur, quum oportunitas poftulat, in conferendis fubfidiiis neceffitatum carnalium diligamus. Oportet ergo vos ad hanc rem, & cœlefti primitus principi obedientes exiftere, & imperialibus etiã iuffionibus confentire, quatenus fratres coepifcoposq; noftros, quos & captiuitatis & diuerfarum neceffitatum anguftiæ comprimunt, debeat confelandos, conueniendosq; vobifcũ in ecclefiafticis fu-